

Q V Æ S T I O 901.  
COMMVNIVM CONTRA  
COMMVNES.

*Utrum Clericus Assasinus notoriè possit per iudicem laicum puniri.*

**A**SASINVS dicitur qui seiungit animam à corpore alterius iussu, & qui numis captatus, hominem occidit, non vero qui vulnerauit, ita docet Archidiaconus in cap. 1. col. 1. de homicidio, li. 6. Antonius Gabriel, de criminalibus, concl. 1. n. 30. Mascalodus, de probationib. vol. 1. concl. 1; 7. Gutierrez, lib. 3. pp. quest. 7. num. 60. Iulius Clarus li. 5. receptarum sent. §. Assasinū. n. 1. Greg. in l. 3. tit. 27. Par. 3. verb. Assasinus. Anastasius Germonius, de sacrorum templorum immunitatibus, lib. 2. cap. 16. num. 68. Cantera, in questionibus criminalibus. cap. 6. de homicidio. annū 46. Salzedo, in practica ad Bernardum Diaz. c. 96. nu. 4. vbi mouet nostram quæstionem, & resoluit quod clericus Assasinus sine eo, quod præcedat degradatio potest puniri per iudicem saceralem, allegans tex. in d. ca. 1. de homicidio, quam opinionem dicit communem, quæfuit de mente Dominici, & Docto-  
rum in d. ca. 1. quia talis clericus ipso iure videtur degradatus, & sic vnicuiq; est data po-  
testas ipso capiendi, omni priuilegio clericali expoliatos: idem tenet Barb. in c. at si cleric. n. 129. de iudicis. Hipolytus in praet. criminali. §. examinanda. Boerius. qu. 60. nu. 18. Ioan. Lupus, in tracta. de libertate ecclesiastica. q. 9. vbi dicit. q. à iure datur quædam degradatio que habetur loco realis degradationis, idē tenet Arnald. Albertus in c. quoniam, de hereticis, li. 6. quam opinionem tenet Iul. Clarus. lib. 5. re-  
ceptarum sententiārum. q. 36. n. 29. vbi dicit, quod isti Assasini sunt defidati à toto populo Christiano, & sic possunt puniri per iudicem saceralem, & à quocunq; impune offendī, idem tenet in dīct. §. Assasinū. nu. 4. vbi dicit pœna mortis esse puniendos, & secundum aliquos debet trahi, ad caudam equi, vt tradit Placa,  
7 de delictis, c. 19. nu. 7. sed Carrerius in sua Praxi, tenet. num. 35. quod hodie Assasini per frusta scinduntur, & quod iudices hac pœna vtuntur propter criminis grauitatem, & ad terrorrem aliorum, & nostrā principalem conlusionem tenet Grammaticus, voto. 8. & 11. Casfaneus in consuet. Burgun. rub. 1 gl. silnagrac. n. 50. Capicius, decif. 155. nu. 26. Et in decif. 112. nu. 6. & hanc dicit communem opinionem Steph. Auff. in clem. t. de off. ord. reg. 1. Fallentia 18. Co-  
uarr. lib. 2. variar. c. 20. n. 10. Remigius Degoni.

de immunit. ecclesiarum. Fallentia. 15. n. 10. & se-  
quitur Roland. à Valle, conf. 24. n. 7. & alios re-  
fert Gutier. sup. n. 23. vbi refert duas commu-  
nes opiniones contrarias, & pro hac affirma-  
tiva sunt ponderanda verba text. in dīct. cap. 1.  
ibi. excommunicationis, & depositionis, à digni-  
tate honore, ordine, officio, & beneficio incurrat  
sententiam ipso factō: ergo si ordine est ipso fa-  
ctō, vel ipso iure priuatus, tanquam sacer-  
ularis est iudicandus, & sic nimitem, si à iudice  
sacerulari sit puniendus & morte plectendus,  
vt in dīct. 1. ibi. Deuen morir por ello, tambien  
ellos, como los otros, por cuyo mandado lo hazen,  
quia in hoc tam grauissimo crimine, vbi pœ-  
na ipso iure imponitur, nulla reverentia cle-  
riego malefactori adhibēda est, quia quo plus  
honoris & venerationis ordini ecclesiastico  
debitur, eo grauius plectedi sunt illi, qui per  
flagitia ac turpitudines suas, nomen religio-  
nis infamant & qui profana nequitia crimi-  
numq; suorum dedecore, & atrocitate, sacrū  
ordinē polluere & maculare non erubescūt,  
nec enim ecclesiastici fori priuilegia, in fau-  
orem sceleratorum ac multo minus ad Assasi-  
norum tuitionē & excusationem adiumenta,  
quis quam vere dixerit, quia non tanti est v-  
nius vita (secundum D. Ambrosium epist. 32.) 12  
quanti est dignitas omnium sacerdotū, & sic  
ob hanc causam Galba Imperator tutorem,  
quod pupillū cui substitutus erat, occidisset,  
cruce affecit, implorandiq; leges & ciuē Ro-  
manum se testificant quasi solatio, & hono-  
re aliquo pœnam leuaturus, mutari, multoq;  
præter cæteras altiore, & dealbatam crucē  
inssit, vt refert Suetonius, in Galba. cap. 9. &  
sic cur non eodem Assasinatus odio, præscri-  
ptionem istam ecclesiastici fori, & clericalis  
ordinis fauorem, in tanta criminis atrocitate,  
aut aperte reiiciemus, aut ficta veneratione  
non minus quā Galba, ius ciuitatis Romanæ  
eludemus, quia sicut in oculo etiam si parua  
fordes incidat, totum lumen occæcat, sic in  
ecclesiastico corpore, etiam si pauci sordida  
faciant prope totum ecclesiastici splendoris  
lumen, obscurat, olim enim, ecclesiis locisq;  
sanctis, hoc tanquam Asyli iure tributū fue-  
rat, ne inde reos hominesq; facinorosos ex-  
trahere, quomodo cūq; liceret, sed in hoc de-  
lictō sublatū est ius illud Asylorū, & merito, 14  
quam opinionem confirmat Anasta. Germo-

M 4